

CD	CODICI	
TSK	Tipo scheda	FON
FO	FONTE	
FON	FONTE	
FONA	Autore	Paolo Diacono
FONT	Titolo opera	Historia Langobardorum
FOND	Anno	780/790 ca. d.C.
FONP	Periodo	età carolingia
FONE	Epoca	Alto Medioevo
FONX	Note	ed.: G. Waitz (ed.), Pauli historia Langobardorum, in Id. (cur.), <i>Scriptores rerum Langobardicarum et Italicarum saec. VI-IX</i> , Hannover 1878, pp. 12-219 (tr.: B. Luiselli, A. Zanella (a cura di), Paolo Diacono. Storia del Longobardi, Milano 1991).
PAS	PASSO	
PASL	Localizzazione	II, 13

PASO Testo originale

Sane quia huius Felicis fecimus mentionem, libet quoque nos pauca de venerabili et sapientissimo viro Fortunato retexere, qui hunc Felicem suum adseverat socium fuisse. Denique hic de quo loquimur Fortunatus natus quidem in loco qui Duplabilis dicitur fuit; qui locus haut longe a Cenitense castro vel Tarvisiana distat civitate. Sed tamen Ravennae nutritus et doctus, in arte gramatica sive rethorica seu etiam metrica clarissimus extitit. Hic cum oculorum dolorem vehementissimum pateretur, et nihilominus Felix iste ipsius socius pari modo oculos doleret, utrique ad basilicam beatorum Pauli atque Iohannis, quae intra eadem urbem sita est, perrexere. In qua etiam altarium in honore beati Martini confessoris constructum propinquam habet fenestram, in qua lucerna ad exhibendum lumen est constituta. De cuius oleo mox sibi isti, Fortunatus scilicet et Felix, dolentia lumina tetigerunt. Ilico dolore fugato sanitatem, quam obtabant, adepti sunt. Qua de causa Fortunatus in tantum beatum Martinum veneratus est, ut, relicta patria, paulo antequam Langobardi Italiam invaderent, Turonis ad eiusdem beati viri sepulchrum properaret. Qui sibi, ut in suis ipse carminibus refert, illuc properandi per fluenta Tiliamenti et Reunam perque Osupum et Alpem Iuliam perque Aguntum castrum Dravumque et Byrrum fluvios ac Briones et Augustam civitatem, quam Virdo et Lecha fluentant, iter fuisse describit. Qui postquam Turonos iuxta votum proprium advenit, Pictavis pertransiens, illuc habitavit, et multorum ibidem sanctorum gesta partim prosa, partim metrali ratione conscripsit; novissimeque in eadem civitate primum presbiter, deinde episcopus ordinatus est, atque in eodem loco digno tumulatus honore quiescit. Sane quia huius Felicis fecimus mentionem, libet quoque nos pauca de venerabili et sapientissimo viro Fortunato retexere, qui hunc Felicem suum adseverat socium fuisse. Denique hic de quo loquimur Fortunatus natus quidem in loco qui Duplabilis dicitur fuit; qui locus haut longe a Cenitense castro vel Tarvisiana distat civitate. Sed tamen Ravennae nutritus et doctus, in arte gramatica sive rethorica seu etiam metrica clarissimus extitit. Hic cum oculorum dolorem vehementissimum pateretur, et nihilominus Felix iste ipsius socius pari modo oculos doleret, utrique ad basilicam beatorum Pauli atque Iohannis, quae intra eadem urbem sita est, perrexere. In qua etiam altarium in honore beati Martini confessoris constructum propinquam habet fenestram, in qua lucerna ad exhibendum lumen est constituta. De cuius oleo mox sibi isti, Fortunatus scilicet et Felix, dolentia lumina tetigerunt. Ilico dolore fugato sanitatem, quam obtabant, adepti sunt. Qua de causa Fortunatus in tantum beatum Martinum veneratus est, ut, relicta patria, paulo antequam Langobardi Italiam invaderent, Turonis ad eiusdem beati viri sepulchrum properaret. Qui sibi, ut in suis ipse carminibus refert, illuc properandi per fluenta Tiliamenti et Reunam perque Osupum et Alpem Iuliam perque Aguntum castrum

Dravumque et Byrrum fluvios ac Briones et Augustam civitatem, quam Virdo et Lecha fluentant, iter fuisse describit.

Qui postquam Turonos iuxta votum proprium advenit, Pictavis pertransiens, illuc habitavit, et multorum ibidem sanctorum gesta partim prosa, partim metrali ratione conscripsit; novissimeque in eadem civitate primum presbiter, deinde episcopus ordinatus est, atque in eodem loco digno tumulatus honore quiescit. Hic beati Martini vitam quattuor in libris heroico versu contexit, et multa alia maximeque ymnos singularum festivitatum et praecipue ad singulos amicos versiculos, nulli poetarum secundus, suavi et diserto sermone composuit. Ad cuius ego tumulum, cum illuc orationis gratia adventassem, hoc epitaphium, rogatus ab Apro, eiusdem loci abbate, scribendum contexui: Ingenio clarus, sensu celer, ore suavis, / Cuius dulce melos pagina multa canit, / Fortunatus, apex vatum, venerabilis actu, / Ausonia genitus, hac tumulatur humo. / Cuius ab ore sacro sanctorum gesta priorum / Discimus: haec monstrant carpere lucis iter. / Felix, quae tantis decoraris, Gallia, gemmis, / Lumine de quarum nox tibi tetra fugit. / Hos modicos prompsi plebeio carmine versus, / Ne tuus in populis, sancte, lateret honor. / Redde vicem misero: ne iudice spernar ab aequo, / Eximiis meritis posce, beate! precor. Haec paucis de tanto viro, ne eius vitam sui cives funditus ignorarent, delibavimus; nunc ad historiae seriem revertamur.

PASO Testo originale

PAST Traduzione

Poiché abbiamo menzionato questo Felice, ci piace aggiungere alcune poche notizie anche sul venerabile e sapientissimo Fortunato, il quale afferma che codesto Felice fu suo compagno. Il Fortunato di cui parliamo era nato in un luogo chiamato Valdobbiadene, che non è molto lontano dal castello di Ceneda e dalla città di Treviso; tuttavia fu allevato ed educato a Ravenna e divenne assai famoso nell'arte della grammatica, nella retorica e anche nella metrica. Soffrendo d'un fortissimo dolore agli occhi, e avendo male agli occhi nello stesso modo anche il suo amico Felice, si recarono insieme alla basilica dei Beati Paolo e Giovanni, posta dentro le mura della città; presso un altare, costruito in onore del beato Martino confessore, c'è una finestra sulla quale, per far luce, è posta una lampada; con l'olio di questa Fortunato e Felice si unsero gli occhi malati. Subito, sparito il dolore, ottennero la guarigione che desideravano. Per questa ragione Fortunato venerò tanto il beato Martino che, lasciata la patria poco prima che i Longobardi invadessero l'Italia, si recò a Tours a visitare il sepolcro del santo. Come egli stesso ci riferisce, nei suoi versi descrive il viaggio fatto per recarvisi: attraverso le correnti del Tagliamento, Ragogna, Osoppo, le Alpi Giulie, la fortezza di Agunto, i fiumi Drava e Birro, le terre dei Brioni, la città di Augusta bagnata dal Virdo e dal Lech. Dopo esser giunto a Tours, secondo il suo voto, passando per Poitiers, vi si stabilì e scrisse le gesta di molti santi, parte in prosa e parte in versi. In quella città fu ordinato prima presbitero, quindi vescovo, e ora vi riposa sepolto con degni onori. Qui scrisse la vita del beato Martino in quattro libri di esametri e compose molti altri carmi in dolce e dotta lingua, specialmente inni sulle festività cristiane e versi per gli amici, a nessun poeta secondo. Per la sua tomba, essendomi recato là in pellegrinaggio, su invito di Apro, abate di quel luogo, ho composto questo epitaffio: Chiaro d'ingegno, vivace nel sentire, soave nell'idioma, / la cui dolce melodia molte pagine fanno riudire, / Fortunato, cima dei poeti e venerabile negli atti, / nato in Ausonia, è sepolto in questa terra. / Dalla sua bocca consacrata conosciamo le gesta degli antichi santi, / che ci avviano al cammino della luce. / Beata Gallia, fulgida di così preziose gemme, / alla cui luce per te fugge il buio della notte! / Questi versi io, piccolo, ho scritto in umile metro, / perché, o santo, fra i popoli non sia ignota la tua gloria. / E tu ricambia il misero: per i tuoi meriti insigni / implora, beato, il giusto giudice, che non mi sdegni. Abbiamo volentieri accennato a queste poche cose d'un così grande uomo, perché i suoi concittadini non ne ignorino del tutto la vita. Ora riprendiamo il filo della nostra storia.

PASX Note

Biografia di Venanzio Fortunato (ca. 530-607 d.C.): la sua permanenza a Ravenna è da collocare al ca. 560/565 d.C. Felice è stato vescovo di Treviso nella seconda metà del VI d.C.

[14] Igitur Alboin Vincentiam Veronamque et reliquas Venetiae civitates, exceptis Patavium et Montemsilicis et Mantuam, cepit. Venetia enim non solum in paucis insulis, quas nunc Venetias dicimus, constat, sed eius terminus a Pannoniae finibus usque Adduam fluvium protelatur. Probatum hoc annalibus libris, in quibus Pergamus civitas esse legitur Venetiarum. Nam et de lacu Benaco in historiis ita legimus: "Benacus lacus Venetiarum, de quo Mincius fluvius egreditur". Eneti enim, licet apud Latinos una littera addatur, Graece laudabiles dicuntur. Venetiae etiam Histria conectitur, et utraque pro una provincia habentur. Histria autem ab Histro flumine cognominatur. Quae secundum Romanam historiam amplior, quam nunc est, fuisse perhibetur. Huius Venetiae Aquileia civitas extitit caput; pro qua nunc Forum Iulii, ita dictum, quod Iulius Caesar negotiationis forum ibi statuerat, habetur. [15] Non ab re esse arbitror, si etiam ceteras Italiae provincias breviter adtingamus. Secunda provincia Liguria a legendis, id est colligendis, leguminibus, quorum satis ferax est, nominatur. In qua Mediolanum est et Ticinus, quae alio nomine Papia appellatur. Haec usque ad Gallorum fines extenditur. Inter hanc et Suaviam, hoc est Alamannorum patriam, quae versus septemtrionem est posita, duae provinciae, id est Retia prima et Retia secunda, inter Alpes consistunt; in quibus proprie Reti habitare noscuntur. [16] Quinta vero provincia, Alpes Cottiae dicuntur, quae sic a Cottio rege, qui Neronis tempore fuit, appellatae sunt. Haec a Liguria in eorum versus usque ad mare Tyrrenum extenditur, ab occiduo vero Gallorum finibus copulatur. In hac Aquis, ubi aquae calidae sunt, Dertonam et monasterium Bobium, Genua quoque et Saona civitates habentur. Sexta provincia Tuscia est, quae a Ture, quod populus illius superstitione in sacrificiis deorum suorum incendere solebant, sic appellata est. Haec habet intra se circium versus Aureliam, ab orientis vero partem Umbriam. In hac provincia Roma, quae olim totius mundi caput extitit, est constituta. In Umbria vero, quae istius in parte ponitur, Perusium et lacus Clitorius Spoletiumque consistunt. Umbria autem dicta est, quod imbris superfuerit, eum aquosa clades olim populos devastaret. [17] Septima quoque Provincia Campania ab urbe Roma usque ad Siler Lucaniae fluvium producitur. In qua opulentissimae urbes Capua, Neapolim et Salernus constitutae sunt. Quae ideo Campania appellata est propter uberrimam Capuae planitiem; ceterum ex maxima parte montuosa est. Porro octava Lucania, quae nomen a quodam luco accepit, a Silere fluvio inchoat, cum Brittia, quae ita a reginae quondam suae nomine appellata est, usque ad fretum Siculum per ora maris Tyrreni, sicut et duae superiores, dextrum Italiae cornu tenens pertingit; in qua Pestus et

Lainus, Cassianum et Consentia Regiumque sunt positae civitates. [18] Nona denique provincia in Appenninis Alpibus computatur, quae inde originem capiunt, ubi Cottiarum Alpes finiuntur. Hae Appenninae Alpes per mediam Italiam pergentes, Tusciam ab Emilia Umbriamque a Flamminia dividunt.

In qua sunt civitates Ferronianus et Montembellium, Bobium et Urbinum, necnon et oppidum quod Verona appellatur. Alpes autem Appenninae dictae sunt a Punicis, hoc est Annibale et eius exercitu, qui per easdem Romam tendentes transitum habuerunt. Sunt qui Alpes Cottias et Appenninas unam dicant esse provinciam; sed hos Victoris revincit historia, quae Alpes Cottias per se provinciam appellat. Decima porro Emilia a Liguria incipiens, inter Appenninas Alpes et Padi fluenta versus Ravennam pergit. Haec locupletibus urbibus decoratur, Placentia scilicet et Parmaque, Regio et Bononia Corneliique foro, cuius castrum Imolas appellatur. Extiterunt quoque qui Emiliam et Valeriam Nursiamque unam provinciam dicerent. Sed horum sententia stare non potest, quia inter Emiliam et Valeriam Nursiamque Tuscia et Umbria sunt constitutae. [19] Dehinc undecima provinciarum est Flamminia, quae inter Appenninas Alpes et mare est Hadriaticum posita. In qua nobilissima urbium Ravenna et quinque aliae civitates consistunt, quae Greco vocabulo Pentapolim appellantur. Constat autem, Aureliam Emiliamque et Flamminiam a constratis viis, quae ab urbe Roma veniunt, et ab eorum vocabulis a quibus sunt constratae talibus nominibus appellari. Post Flamminiam duodecima Picenus occurrit, habens ab austro Appenninos montes, ex altera vero parte Hadriaticum mare. Haec usque ad fluvium Piscariam pertendit. In qua sunt civitates Firmus, Asculus et Pinnis et iam vetustate consumpta Hadria, quae Hadriatico pelago nomen dedit. Huius habitatores cum a Savinis illuc properarent, in eorum vexillo picus consedit, atque hac de causa Picenus nomen accepit. [20] Porro tertia decima Valeria, cui est Nursia adnexa, inter Umbriam et Campaniam Picenumque consistit. Quae ab oriente Samnitum regionem adtingit. Huius pars occidua, quae ab urbe Roma initium capit, olim ab Etruscorum populo Etruria dicta est. Haec habet urbes Tiburim, Carsioli et Reate, Furconam et Amiternum regionemque Marsorum et eorum lacum qui Fucinus appellatur. Marsorum quoque regionem ideo intra Valeriam provinciam aestimo computari, quia in catalogo provinciarum Italiae minime ab antiquis descripta est. Si quis autem hanc per se provinciam esse vera ratione conprobaverit, huius rationabilis sententia modis erit omnibus tenenda. Quarta decima Samnium inter Campaniam et mare Hadriaticum Apuliamque, a Piscaria incipiens, habetur. In hac sunt urbes Theate, Aufidenam, Hisernia et antiquitate consumpta Samnium, a qua tota provincia nominatur, et ipsa harum provinciarum caput ditissima Beneventus.

PASO Testo originale

Porro Samnites nomen accipere olim ab hastis, quas ferre solebant quasque Greci saynia appellant. [21] Quinta decima provinciarum est Apulia, cumsociata sibi Calabria. Intra quam est regio Salentina. Haec ab occidente vel africo habet Samnium et Lucaniam, a solis vero ortu Hadriatico pelago finitur. Haec ab occidente vel africo habet Samnium et Lucaniam, a solis vero ortu Hadriatico pelago finitur. Haec habet urbes satis opulentas, Luceriam, Sepontum, Canusium, Agerentiam, Brundisium et Tarentum et in sinistro Italiae cornu, quod quinquaginta milibus extenditur, aptam mercimoniis Ydrontum.

Apulia autem a perditione nominatur; citius enim ibi solis fervoribus terrae virentia perduntur. [22] Sexta decima provincia Sicilia insula computatur. Quae Tyrreno mari seu Ionio alluitur de Siculique ducis proprio nomine nuncupatur. Septima decima Corsica; octava decima Sardinia ponitur. Quae utraeque Tyrrenis fluctibus ambiuntur. Porro Corsica a duce suo Corso, Sardinia a Sarde, Herculis filio, nominatur. [23] Certum est tamen, Liguriam et partem Venetiae, Emiliam quoque Flamminiamque veteres historiographos Galliam Cisalpinam appellasse. Inde est, quod Donatus gramaticus in expositione Vergilii Mantuam in Gallia esse dixit; indeque est, quod in Romana historia legitur Ariminum in Gallia constitutum. Siquidem antiquissimo tempore Brennus rex Gallorum, qui aput Senonas urbem regnabat, cum trecentis milibus Gallorum Senonum ad Italiam venit eamque usque ad Senogalliam, quae a Gallis Senonibus vocitata est, occupavit. Causa autem cur Galli in Italiam venerint haec fuisse describitur. Dum enim vinum degustassent ab Italia delatum, aviditate vini inlecti ad Italiam transierunt. Horum centum milia non longe a Delphos insula properantes Grecorum gladiis extincta sunt; alia vero centum milia in Galatia ingressa, primum Gallogreci, postea vero Galatae appellata sunt. Et hi sunt quibus doctor gentium scripsit epistulam Paulus. Centum milia quoque Gallorum, quae in Italia remanserunt, Ticinum Mediolanumque, Bergamum Brexiamque construentes, Cisalpiniae Galliae regioni nomen dederunt. Istique sunt Galli Senones, qui olim urbem Romuleam invaserunt. Sicut enim dicimus Galliam Transalpinam, quae ultra Alpes habetur, sic Galliam Cisalpinam hac parte, quae infra Alpes est, vocitamus. [24] Italia quoque, quae has provincias continet, ab Italo Siculorum duce, qui eam antiquitus invasit, nomen accepit. Sive ob hoc Italia dicitur, quia magni in ea boves, hoc est itali, habentur. Ab eo namque quod est italus per diminutionem, licet una littera addita altera inmutata vitulus, appellatur. Italia etiam Ausonia dicitur ab Ausono, Ulixis filio. Primitus tamen Beneventana regio hoc nomine appellata est; postea vero tota sic coepit Italia vocitari. Dicitur quoque etiam Latium Italia, pro eo quod Saturnus Iovem, suum filium, fugiens, intra eam invenisset latebram. Igitur postquam de Italiae

PASO Testo originale

provinciis vel ipsius nomine, intra quam res gestas describimus, sufficienter est dictum, nunc ad historiae ordinem redeamus.

[14] Alboino conquistò intanto Vicenza, Verona e le altre città della Venezia, tranne Padova, Monselice e Mantova. La regione dei Veneti infatti consta non solo delle poche isole, che ora chiamiamo Venezia, ma i suoi confini si estendono dai territori della Pannonia fino al fiume Adda. Ciò è comprovato dai libri Annali, dove si legge che la città di Bergamo appartiene alla Venezia. E infatti anche del lago Benaco così leggiamo nelle storie: «Benaco è lago della Venezia, dal quale esce il fiume Mincio». Eneti, anche se in latino c'è una lettera in più, in greco vuol dire «degni di lode». Alla Venezia è unita anche l'Istria ed entrambe sono da considerare una sola provincia. L'Istria prende il nome dal fiume Istro. Nella storia romana si dice che essa fosse molto più grande di quanto non sia ora. Capitale della Venezia fu la città di Aquileia, al posto della quale ora c'è Cividale del Friuli, che si ritiene chiamata in questo modo perché lì Giulio Cesare aveva stabilito una piazza di mercato. [15] Non credo che sia fuori luogo accennare in breve anche alle altre province dell'Italia. La seconda provincia è la Liguria così detta da "legere", cioè raccogliere legumi, di cui è molto ferace; vi appartengono Milano e Ticino, detta con altro nome Pavia. Questa regione si estende fino ai confini della Gallia; fra la Liguria e la Svevia, la patria cioè degli Alamanni, che è posta a nord, ci sono sulle Alpi due province, la Rezia prima e la Rezia seconda, nelle quali si sa che abitano appunto i Reti. [16] La quinta provincia prende il nome dalle Alpi Cozie, chiamate così dal re Cozio, che visse al tempo di Nerone; s'estende a sud-est della Liguria fino al mare Tirreno, ed è delimitata a occidente dai territori della Gallia. In essa vi sono Acqui, dove si trovano acque calde, Tortona, il monastero di Bobbio, inoltre Genova e Savona. La sesta provincia è la Toscana, chiamata così da "tus", l'incenso, che il suo popolo soleva superstiziosamente bruciare nei sacrifici ai suoi dèi. Questa regione a nord-ovest ha l'Aurelia, a oriente l'Umbria. In questa provincia si trova Roma, che un tempo fu la capitale di tutto il mondo. Nell'Umbria, che è pure posta in questa provincia, si trovano Perugia, il lago [...] e Spoleto. L'Umbria è così chiamata perché scampò alle piogge [imbres], allorché uno spaventoso diluvio devastò le popolazioni. [17] La settima provincia, la Campania, si estende dalla città di Roma fino al Sele, fiume della Lucania: in essa si trovano le ricchissime città di Capua, Napoli e Salerno. Questa regione è chiamata Campania per la fertilissima pianura di Capua; per il resto è in massima parte montuosa. L'ottava regione, poi, la Lucania, che prende nome da "lucus", un bosco sacro, comincia dal fiume Sele, insieme con la Bruzia, così chiamata dal nome di una sua antica regina, e si estende fino allo stretto di Sicilia, lungo le coste del mar

PAST Traduzione

Tirreno, come le due precedenti, tenendo il corno destro dell'Italia; vi si trovano le città di Pesto, Laino, Cassiano, Cosenza e Reggio. [18] Nona è computata la provincia che si trova nelle Alpi Appennine, le quali hanno inizio dove finiscono le Alpi Cozie; questi monti, protendendosi attraverso l'Italia, dividono la Toscana dall'Emilia, e l'Umbria dalla Flaminia.

Vi sono le città di Ferroniano [Pavullo nel Frignano?], Montebello [Monteveglia?], Bobbio [Sarsina] e Urbino, e una cittadella che è chiamata Bettona. Le Alpi Appennine sono così chiamate dai Punici, cioè da Annibale e dal suo esercito, che muovendo verso Roma le attraversarono. Ci sono di quelli che delle Alpi Cozie e delle Appennine fanno una sola provincia. Ma li confuta la storia di Vittore, che chiama le Alpi Cozie provincia a sé. La decima regione, l'Emilia, che comincia dalla Liguria, si estende fra le Alpi Appennine e il fiume Po, fino a Ravenna. È splendida di ricche città, come Piacenza, Parma, Reggio, Bologna, il Foro di Cornelio, la cui rocca è chiamata Imola. Ci sono stati anche di quelli che hanno sostenuto che l'Emilia, la Valeria e la Norcia formano una sola regione. Ma la loro opinione non può reggere, poiché fra l'Emilia, la Valeria e la Norcia ci sono la Toscana e l'Umbria. [19] L'undicesima provincia è la Flaminia, che è posta fra le Alpi Appennine e il mare Adriatico; in essa c'è la più nobile delle città, Ravenna, e cinque altre città che, con parola greca, sono dette Pentapoli. È noto che l'Aurelia, l'Emilia e la Flaminia sono chiamate così dalle strade lastricate che partono da Roma e, a loro volta, presero tali nomi da coloro che le hanno costruite. Dopo la Flaminia si incontra la dodicesima provincia, il Piceno, che ha a sud i monti Appennini e dall'altra parte il mare Adriatico. Questa regione si estende fino al fiume Pescara, e vi si trovano le città di Fermo, di Ascoli, di Penna [Pescara] e di Adria [Atri], ormai consunta dal tempo, che ha dato il nome al mare Adriatico. Quando gli attuali suoi abitatori si misero in cammino dalla Sabinia verso di essa, un "picus", cioè un picchio, si posò sul loro vessillo e per questo prese il nome di Piceno. [20] La tredicesima provincia, la Valeria, cui è annessa la Norcia, si trova fra l'Umbria, la Campania e il Piceno, e a oriente confina col Sannio. La sua parte occidentale, che inizia dalla città di Roma, un tempo era detta Etruria, dal popolo degli Etruschi. Comprende le città di Tivoli, di Carsoli, di Rieti, di Furcona, di Amiterno, la regione dei Marsi e il loro lago chiamato Fucino. Credo che anche la regione dei Marsi si debba considerare parte della provincia Valeria, poiché non è stata iscritta dagli antichi nel catalogo delle province d'Italia. Se però qualcuno potrà dimostrare con validi argomenti che questa è una provincia a sé, si dovrà in ogni modo tener conto di questo motivato parere. La quattordicesima è considerata il Sannio, fra la Campania, il mare Adriatico e l'Apulia, e ha inizio dal fiume Pescara. Vi sono le città di Chieti, Aufidena, Isernia, Sannio

PAST Traduzione

[Boviano?], ormai consunta dalla sua antichità, da cui prende il nome tutta la provincia, e la capitale di queste province, la ricchissima Benevento. I Sanniti presero il nome dalle lance che erano soliti portare, e che i Greci chiamano "saynia" [21] La quindicesima provincia è l'Apulia, unita alla Calabria, nella quale si trova la regione salentina.

A ovest, o meglio a sud-ovest, ha il Sannio e la Lucania, a oriente è chiusa dal mare Adriatico. Ha città molto opulente, come Lucera, Siponto, Canosa, Agerenzia [Acerenza], Brindisi, Taranto e, sul corno sinistro dell'Italia, che si estende per cinquanta miglia, Otranto, centro di commerci. Il nome Apulia deriva dalla perdizione [greco "apòleia"]: infatti assai rapidamente, per la vampa del sole, le erbe e gli alberi vengono distrutti. [22] Sedicesima provincia è considerata l'isola di Sicilia, che è bagnata dal mar Tirreno e dallo Ionio, e prende il nome da un suo condottiero, Siculo. Come diciassettesima è posta la Corsica; diciottesima la Sardegna; l'una e l'altra sono circondate da ogni parte dal mar Tirreno. La Corsica è così chiamata dal suo condottiero Corso, la Sardegna da Sardi, figlio di Ercole. [23] È certo tuttavia che gli antichi scrittori chiamarono Gallia Cisalpina la Liguria, una parte della Venezia, l'Emilia e la Flaminia. Per questo il grammatico Donato, nel commento a Virgilio, dice che Mantova è in Gallia, e sempre in Gallia nella storia romana si legge che è posta Rimini. Invero in tempi antichissimi Brenno, re dei Galli, che regnava nella città di Senona, con trecentomila Galli Senoni venne in Italia e la occupò fino a Senigallia, che fu chiamata così dai Galli Senoni. Questo è indicato come il motivo per cui i Galli vennero in Italia:

PAST Traduzione

assaggiarono del vino portato dall'Italia, e l'avidità di esso li spinse a trasferirsi in questa terra. Di essi centomila, mentre si allontanavano da [l'isola di] Delfo, poco lontano furono sterminati dalle armi dei Greci. Altri centomila entrarono in Galazia e dapprima furono chiamati Gallogreci, poi Galati: e sono quelli a cui il dottore delle genti, Paolo, scrisse la sua epistola. Centomila Galli, invece, che rimasero in Italia, fondando le città di Ticino, Milano, Bergamo, Brescia, diedero il nome alla regione della Gallia Cisalpina. Questi sono i Galli Senoni, che una volta invasero la città di Romolo. Infatti, come chiamiamo Gallia Transalpina quella che è al di là delle Alpi, così chiamiamo Gallia Cisalpina quella che si trova al di qua delle Alpi. [24] Anche l'Italia, che comprende tutte queste province, prese il suo nome da Italo, condottiero dei Siculi, che la occupò nei tempi antichi. Oppure è detta Italia perché in essa vi sono grandi buoi, cioè "itali": dal termine "italus", nato per diminuzione, ossia se si aggiunge una lettera e se ne muta un'altra, vien fuori "vitulus", vitello. L'Italia è chiamata anche Ausonia da Ausono, figlio di Ulisse. Dapprima fu chiamata con questo nome la regione di Benevento, in seguito tutta l'Italia fu chiamata così.

L'Italia è anche chiamata Lazio, per la ragione che Saturno, fuggendo da suo figlio Giove, in essa avrebbe trovato rifugio. Dunque, dopo che si è detto quanto basta delle province e del nome dell'Italia, entro i confini della quale furono compiute le imprese che descriveremo, ritorniamo al filo della nostra storia.

Conquiste di Alboino: 568 d.C. Fondazione di Cividale da parte di Giulio Cesare: 56/50 a.C. Passaggio degli Appennini da parte di Annibale: 218 a.C. Non è Donato ma Servio a citare Mantova come parte della Cisalpina. Invasione gallica dell'Italia: V a.C. Sacco di Delfi da parte dei Galli ed occupazione della Galazia: 281-278 a.C. Lettera ai Galati: 50/56 d.C. sacco di Roma da parte dei Senoni: inizi IV a.C. La situazione rappresentata è quella della divisione amministrazione dell'Italia dall'inizio del V d.C. alla conquista longobarda.

PASX Note

PAS PASSO

PASL Localizzazione

II, 26

PASO Testo originale

Ticinensis eo tempore civitas ultra tres annos obsidionem perferens, se fortiter continuit, Langobardorum exercitu non procul iuxta ea ab occidentali parte residente. Interim Alboin, eiectis militibus, invasit omnia usque ad Tusciam, praeter Romam et Ravennam vel aliqua castra quae erant in maris litore constituta. Nec erat tunc virtus Romanis, ut resistere possint, quia et pestilentia, quae sub Narsete facta est, plurimos in Liguria et Venetiis extinxerat, et post annum, quem diximus fuisse ubertatis, fames nimia ingruens universam Italiam devastabat. Certum est autem, tunc Alboin multos secum ex diversis, quas vel alii reges vel ipse ceperat, gentibus ad Italiam adduxisse. Unde usque hodie eorum in quibus habitant vicos Gepidos, Vulgares, Sarmatas, Pannonios, Suavos, Noricos sive aliis huiuscemodi nominibus appellamus.

PAST Traduzione

La città di Pavia resistette valorosamente per oltre tre anni sopportando l'assedio, con l'esercito dei Longobardi accampato non lontano da essa nel settore occidentale. Frattanto Alboino, cacciando ovunque i soldati, dilagò per ogni parte, fino alla Toscana, escluse Roma e Ravenna e alcune fortezze che erano poste sulla riva del mare. Né i Romani avevano il valore sufficiente a resistergli, poiché la pestilenza scoppiata sotto Narsete aveva fatto strage in Liguria e nella Venezia, e, dopo quell'anno di abbondanza del quale abbiamo parlato, una grave carestia assalì l'Italia, devastandola tutta. In più è certo che Alboino aveva condotto con sé una moltitudine di gente presa da stirpi diverse che altri re o lui stesso aveva sottomesse, onde ancor oggi noi chiamiamo molti villaggi coi nomi di coloro che li abitano: Gepidi, Bulgari, Sarmati, Pannoni, Svevi,

Norici o altri di questo genere.

PASX Note

Invasione dell'Italia, assedio e conquista di Pavia: 568/9-572 d.C. Epidemia di peste: 570 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

II, 28-30

[28] Qui rex postquam in Italia tres annos et sex menses regnavit, insidiis suae coniugis interemptus est. Causa autem interfectionis eius fuit. Cum in convivio ultra quam oportuerat apud Veronam laetus resederet, cum poculo quod de capite Cunimundi regis sui soceris fecerat reginae ad bibendum vinum dari praecepit atque eam ut cum patre suo laetanter biberet invitavit. Hoc ne cui videatur impossibile, veritatem in Christo loquor: ego hoc poculum vidi in quodam die festo Ratchis principem ut illud convivis suis ostentaret manu tenentem. Igitur Rosemunda ubi rem animadvertit, altum concipiens in corde dolorem, quem conpescere non valens, mox in mariti necem patris funus vindicatura exarsit, consiliumque mox cum Helmechis, qui regis scilpor, hoc est armiger, et conlactaneus erat, ut regem interficeret, iniit. Qui reginae persuasit, ut ipsa Peredeo, qui erat vir fortissimus, in hoc consilium adsciret. Peredeo cum reginae suadenti tanti nefas consensum adhibere nollet, illa se noctu in lectulo suae vestiariae, cum qua Peredeo stupri consuetudinem habebat, supposuit; ubi Peredeo rem nescius veniens, cum regina concubuit. Cumque illa patrato iam scelere ab eo quaereret, quam se esse existimaret, et ipse nomen suae amicae, quam esse putabat, nominasset, regina subiunxit: "Nequaquam ut putas, sed ego Rosemunda sum", inquit. "Certe nunc talem rem, Peredeo, perpetrata habes, ut aut tu Alboin interficies, aut ipse te suo gladio extinguet". Tunc ille intellexit malum quod fecit, et qui sponte noluerat, tali modo in regis necem coactus adsensit. Tunc Rosemunda, dum se Alboin in meridie sopori dedisset, magnum in palatio silentium fieri praecipiens, omnia alia arma subtrahens, spatham illius ad lectuli caput, ne tolli aut evaginari possit, fortiter conligavit, et iuxta consilium Peredeo Helmechis interfectorem omni bestia crudelior introduxit. Alboin subito de sopore experrectus, malum quod imminebat intellegens, manum citius ad spatham porrexit; quam strictius religatam abstrahere non valens, adprehenso tamen scabello subpedaneo, se cum eo per aliquod spatium defendit. Sed heu pro dolor! vir bellicosissimus et summae audaciae nihil contra hostem praevalens, quasi unus de inertibus interfectus est, uniusque mulierculae consilio periit, qui per tot hostium strages bello famosissimus extitit. Cuius corpus cum maximo Langobardorum fletu et lamentis sub cuiusdam scalae ascensu, quae palatio erat contigua, sepultum est. Fuit autem statura procerus et ad bella peragenda toto

PASO Testo originale

corpore coaptatus. Huius tumulum nostris in diebus Giselpert, qui dux Veronensium fuerat, aperiens, spatham eius et si quid in ornatu ipsius inventum fuerat abstulit. Qui se ob hanc causam vanitate solita apud indoctos homines Alboin vidisse iactabat. [29] Igitur Helmechis, extincto Alboin, regnum eius invadere conatus est. Sed minime potuit, quia Langobardi, nimium de morte illius dolentes, eum moliebantur extinguere. Statimque Rosemunda Longino praefecto Ravennae mandavit, ut citius navem dirigeret, quae eos suscipere possit.

Longinus tali nuntio laetus effectus, festinanter navem direxit, in qua Helmechis cum Rosemunda, sua iam coniuge, noctu fugientes ingressi sunt. Auferentesque secum Albsuindam, regis filiam, et omnem Langobardorum thesaurum, velocius Ravennam pervenerunt. Tunc Longinus praefectus suadere coepit Rosemundae, ut Helmechis interficeret et eius se nuptiis copularet. Illa ut erat ad omnem nequitiam facilis, dum optat Ravennatum domina fieri, ad tantum perpetrandum facinus adsensum dedit; atque dum Helmechis se in balneo ablueret, egredienti ei de lavacro veneni poculum, quod salutis esse adseverabat, propinavit. Ille ubi sensit se mortis poculum bibisse, Rosemunda, evaginato super eam gladio, quod reliquum erat bibere coegit. Sicque Dei omnipotentis iudicio interfectores iniquissimi uno momento perierunt. [30] His ita peremptis, Longinus praefectus Albsuindam cum Langobardorum thesauris Constantinopolim ad imperatorem direxit. Adfirmant aliqui, etiam Peredeo pariter cum Helmechis et Rosemunda Ravenna venisse atque exinde cum Albsuinda Constantinopolim directus esse ibique in spectaculo populi coram imperatore leonem mirae magnitudinis occidisse. Cui, ut ferunt, ne quid aliquid malignum in regia urbe, quia vir fortis erat, moliretur, iussu imperatoris oculi evulsi sunt. Qui sibi post aliquod tempus duos cultellos aptavit; quibus in utrisque suis manicis absconsis, palatium petiit atque se quaedam ad augusti utilitatem, si ad eum intromitteretur, locuturum promisit. Ad quem augustus duos sibi familiares, qui eius verba suscipere, patricos misit. Qui cum ad Peredeo venissent, ille ad eos, quasi aliquid eis secretius dicturus, propius accessit atque ambos utraque manu gladiis, quos absconsos habebat, fortiter vulneravit, ita ut statim in terra corruerent et expirarent. Sic Samsonis illius fortissimi ex aliqua parte non absimilis, suas iniurias ultus est et pro amissione duorum luminum duos imperatori viros utilissimos interemit.

PASO Testo originale

PAST Traduzione

[28] Questo re, dopo che ebbe regnato in Italia tre anni e sei mesi, fu ucciso per le trame della moglie. E questa ne fu la causa. Mentre in Verona sedeva a convito, allegro più del dovuto, ordinò che alla regina fosse portato da bere del vino nella coppa che lui aveva tratto dal cranio del suocero, il re Cunimondo, e la invitò a brindare lietamente con suo padre. Perché a qualcuno ciò non sembri impossibile, affermo in nome di Cristo che è la pura verità: io stesso in un giorno di festa ho veduto il re Ratchis tenere in mano questa coppa per mostrarla ai suoi invitati. Quando Rosmunda se ne accorse, le nacque in cuore un dolore profondo che non riusciva a placare, e s'infiammò del desiderio di uccidere il marito per vendicare la morte del padre; e con Elmichi, che del re era "scilpor", cioè scudiero, e fratello di latte, preparò un piano per sopprimere il re. Elmichi la persuase a far entrare nel complotto Peredeo, che era uomo assai forte. Poiché questi, per quanto la regina tentasse di persuaderlo, non voleva acconsentire a così grande empietà, ella una notte si mise nel letto d'una sua ancella con la quale Peredeo aveva una relazione. Entrato nel letto, Peredeo, ignaro della cosa, giacque con la regina. E quando poi, consumata la scelleratezza, ella gli chiese chi pensasse che fosse e lui le fece il nome della sua amante, con la quale credeva di trovarsi, la regina replicò: «Non è come credi: sono Rosmunda». E aggiunse: «Hai commesso un'azione tale che o tu ucciderai Alboino, o Alboino con la sua spada metterà te a morte». Egli allora si rese conto del male che aveva compiuto, e se per sua libera scelta mai l'avrebbe voluto, costretto in tal modo a uccidere il re, diede il suo assenso. Allora Rosmunda, quando nel meriggio Alboino si fu assopito, dato ordine che nel palazzo si facesse un grande silenzio, sottratta ogni altra arma, legò saldamente la sua spada a capo del letto perché non si potesse né prendere né estrarre dalla vagina; e secondo il piano di Elmichi introdusse, più feroce di ogni belva, Peredeo, l'uccisore. Alboino, destatosi all'improvviso dal sonno, intuì la sventura che incombeva, stese rapido la mano alla spada; non riuscendo a estrarla, perché era legata troppo saldamente, afferrò uno sgabello da piedi e si difese per qualche tempo con esso. Ma — ahi, dolore! — quel guerriero così valoroso, di un'audacia estrema, nulla potendo contro il suo nemico, fu ucciso come uno incapace di portar armi e perì per l'intrigo d'una sola donnetta, lui che ovunque era conosciuto per le tante stragi di nemici in guerra! Il suo corpo, tra il grandissimo pianto e i lamenti dei Longobardi, fu sepolto sotto le rampe d'una scala contigua al palazzo. Fu alto di statura, conformato in tutto il suo corpo a fare la guerra. Ai nostri giorni Giselperto, che era stato duca di Verona, aperto il suo sepolcro, ne sottrasse la spada e quanto trovò dei suoi ornamenti. Per questo, con la vanità che è solita tra gli ignoranti, si vantava d'aver veduto Alboino. [29] Elmichi, ucciso Alboino, cercò di impadronirsi

del suo regno.

PASO Testo originale Igitur Arioald postquam super Langobardos duodecim annis regnum tenuit, ab hac luce subtractus est; Langobardorum regnum Rothari genere Arodus suscepit. Fuit autem viribus fortis et iustitiae tramitem sequens, sed tamen fidei christianae non rectam lineam tenens, Arrianae hereseos perfidia maculatus est. Siquidem Arriani minorem Patri Filium, Spiritum quoque sanctum minorem Patri et Filio ad suam perniciem dicunt; nos autem catholici Patrem et Filium et Spiritum sanctum in tribus personis unum et verum Deum aequali potentia eademque gloria confitemur. Huius temporibus pene per omnes civitates regni eius duo episcopi erant, unus catholicus et alter Arrianus. In civitate quoque Ticinensi usque nunc ostenditur, ubi Arrianus episcopus apud basilica sancti Eusebii residens baptisterium habuit, cum tamen ecclesiae catholicae alius episcopus resideret. Qui tamen Arrianus episcopus, qui in eadem civitate fuit, Anastasius nomine, ad fidem catholicam conversus, Christi postea ecclesiam rexit. Hic Rothari rex Langobardorum leges, quas sola memoria et usu retinebant, scriptorum serie composuit codicemque ipsum edictum appellari praecepit. Erat autem iam ex quo Langobardi in Italiam venerant annus septuagesimus septimus, sicut idem rex in sui edicti testatus est prologo. Ad hunc regem Arichis dux Beneventi filium suum Aionem direxit. Qui cum Ravennam venisset, Ticinum pergens, ibi ei Romanorum malitia talis potio data est, quae eum mente excedere faceret; atque ex eo tempore numquam pleni sanique sensus fuit.

Arioaldo, dopo aver esercitato il comando sui Longobardi per dodici anni, fu sottratto a questa luce. Assunse allora il regno dei Longobardi Rotari, arado di stirpe. Fu uomo di grande forza, che seguiva la via della giustizia, ma tuttavia non camminò sulla retta traccia della fede cristiana, perché si macchiò delle perfidie dell'eresia ariana. Gli ariani per loro perdizione sostengono che il Figlio è minore del Padre, e anche lo Spirito Santo è minore sia del Padre che del Figlio; noi cattolici invece crediamo che il Padre, il Figlio e lo Spirito Santo, unico vero Dio in tre persone, siano di uguale potestà e di pari gloria. Al tempo di questo re in quasi tutte le città del regno c'erano due vescovi, uno cattolico e l'altro ariano. Ancor oggi a Pavia si mostra dove aveva il battistero il vescovo ariano, che risiedeva nella basilica di Sant'Eusebio, mentre a capo della chiesa cattolica c'era un altro vescovo. Tuttavia un vescovo ariano, che fu in quella città, di nome Anastasio, si convertì alla fede cattolica e resse poi la chiesa di Cristo. Il re Rotari riunì e ordinò per iscritto le leggi dei Longobardi, che essi conservavano solo nella memoria e nelle usanze, e volle che quella raccolta fosse chiamata Editto. Era il settantasettesimo anno dalla venuta dei Longobardi in Italia, come lo stesso re attesta nel prologo del suo editto. Arichis, duca di Benevento, inviò a questo re suo figlio Aione. Nel viaggio verso Pavia, giunto a Ravenna, dalla malvagità dei Romani gli fu data una bevanda tale da farlo uscire di mente: e da quel tempo non fu mai più sano e normale di sentimento.

PAST Traduzione

PASX Note

Morte di Arioaldo ed elezione di Rotari: 636 d.C. Editto di Rotari: 643 d.C. Passaggio di Aione da Ravenna: pre 641 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

IV, 45

PASO Testo originale

Igitur Rothari rex Romanorum civitates ab urbe Tusciae Lunensi universas quae in litore maris sitae sunt usque ad Francorum fines cepit. Opitergium quoque, civitatem inter Tarvisium et Foroiuli positam, pari modo expugnavit et diruit. Cum Ravennantibus Romanis bellum gessit ad fluvium Aemeliae quod Scultenna dicitur. In quo bello a parte Romanorum, reliquis terga dantibus, octo milia ceciderunt. Eo tempore magnus Romae terrae motus factus est, magnaue tunc fuit inundatio aquarum. Post haec fuit clades scabearum, ita ut nullus potuisset mortuum suum agnoscere propter nimium inflationis tumorem.

PAST Traduzione

Il re Rotari conquistò tutte le città dei Romani poste sulla riva del mare da Luni in Toscana fino ai confini della Francia. Espugnò nello stesso modo e distrusse Oderzo, che si trova fra Treviso e Cividale. Mosse guerra ai Romani di Ravenna, presso il fiume dell'Emilia detto Scultenna; in questa guerra caddero ottomila Romani, mentre gli altri si davano alla fuga. A quel tempo a Roma avvenne un vasto terremoto seguito da una grande inondazione. Dopo di essi scoppiò un'epidemia di scabbia, tale che nessuno poteva più riconoscere un suo morto a causa dell'eccessivo gonfiarsi della tumefazione.

PASX Note

Campagne di Rotari fino alla battaglia dello Scultenna-Panaro: 639/640-643 d.C. Per altre fonti il terremoto e l'epidemia di scabbia a Roma sono da collocare al 615/618 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

IV, 51

PASO Testo originale

Igitur Aripert postquam aput Ticinum per annos novem Langobardos rexerat diem obiens, regnum duobus filiis suis adhuc aduliscentibus Perctarit et Godeperto regendum reliquit. Et Godepert quidem Ticini sedem regni habuit, Perctarit vero in civitate Mediolanensi. Inter quos fratres, facientibus malignis hominibus, discordiae et odiorum fomes surrexit in tantum, ut alter alterius regnum invadere conaretur. Qua de re Godepertus Garipaldum Taurinatium ducem ad Grimuald Beneventanorum strenuum tunc ductorem direxit, invitans eum, ut quantotius veniret et sibi adversus germanum suum Perctarit auxilium ferret, regisque filiam, suam germanam, ei se daturum promittens. Sed legatus ipse fraudulenter contra suum dominum agens, Grimualdum exhortatus est, ut veniret et Langobardorum regnum, quod aduliscentes germani dissipabant, ipse arriperet, qui aetate maturus, consilio providus et viribus fortis existeret. Grimuald haec audiens, mox animum ad regnum Langobardorum obtinendum erexit. Ordinatumque aput Beneventum Romualdum suum filium ducem, ipse cum electa manu Ticinum profecturus iter arripuit, ac per omnes civitates, per quas viam habuit, sibi amicos et adiutores ad regnum percipiendum adscivit. Transemundum vero comitem Capuanum per Spoletium et Tusciam direxit, ut eius regionis Langobardos suo consortio coaptaret. Qui imperata sibi strenue perficiens, ei cum multis adiutoribus aput Aemiliam in itinere occurrit. Igitur Grimuald, cum prope Placentiam cum robusta virorum multitudine advenisset, Garipaldum, qui legatus ad eum missus a Godeperto fuerat, Ticinum praemisit, ut eidem Godeperto de suo adventu nuntiaret. Qui ad Godepertum veniens, Grimualdum citius adventare dixit. Cumque Godepert ab eo quaereret, quo in loco eidem Grimualdo hospitium

parare deberet, Garipald ita respondit: quod dignum esset, ut Grimualdus, qui pro eius causa venerat eiusque sororem accepturus esset, hospitium intra palatium haberet. Quod ita quoque factum est. Nam adveniens Grimuald, intra palatium mansionem accepit. Isdem vero Garipald totius nequitiae seminator Godeperto persuasit, ut non aliter quam lorica sub veste indutus cum Grimualdo locuturus veniret; asserens, quia eum Grimuald occidere vellet. Rursus idem fallendi artifex ad Grimualdum veniens dixit, quod, nisi se fortiter praepararet, eum Godepertus suo gladio perimeret, asseverans, Godepertum, quando cum eo ad conloquendum veniret, lorica sub veste gestare. Quid plura? Cum ad conloquium die crastino venissent, et Godepertum post salutationem Grimualdus amplexatus esset, statim sensit, quod lorica sub veste gestaret. Nec mora, evaginato gladio eum vita privavit. Regnumque eius et omnem potentiam invadens, suae subdidit ditioni. Habebat autem tunc Godepert iam filium parvulum nomine Raginpertum, qui a Godeperti fidelibus sublatus et occulte nutritus est. Nec eum Grimuald persequi curavit, quippe qui adhuc infantulus esset. Quo audito Perctarit, qui aput Mediolanum regnabat, quod germanus eius esset extinctus, quanta potuit velocitate fugam arripuit adque ad regem Avarum cacanum pervenit, uxorem Rodelindam et parvulum filium nomine Cunicpertum relinquens, quos Grimuald Beneventum in exilium direxit.

PASO Testo originale

His ita gestis, Garipaldus, cuius instigatione et certamine ista patrata sunt - et non solum haec egerat, sed et fraudem in legatione sua fecerat, dum munera, quae deferre Beneventum debuerat, non integra deportasset - talium ergo operum patrator non diu laetatus est. Erat quidam parvus homunculus ex propria familia Godeperti oriundus in civitate Taurinatium. Is cum Garipaldum ducem ipso sacratissimo paschali die ad orationem in beati Iohannis basilicam venturum sciret, super sacrum baptisterii fontem conscendens laevaue manu se ad columellum tugurii continens, unde Garipaldus transiturus erat, evaginato ense sub amictu tenens, cum iuxta eum Garipald venisset, ut pertransiret, ipse, elevato amictu, toto adnisu eodem ense in cervice percussit caputque eius protinus amputavit. Super quem qui cum Garipaldo venerant iruentes, multis eum ictuum vulneribus occiderunt Qui licet occubuerit, tamen Godeperti sui domini iniuriam insigniter ultus est.

PAST Traduzione

Frattanto Ariperto, dopo aver regnato per nove anni a Pavia sui Longobardi, giunto all'estremo suo giorno, lasciò il governo ai suoi due figli ancora adolescenti, Perctarito e Godeperto. Godeperto stabilì la sede del regno a Pavia, Perctarito a Milano. Tra i due fratelli, per opera di uomini malvagi, nacquero motivi di discordia e di odio, tanto che l'uno tentò di invadere il regno dell'altro. Perciò Godeperto inviò Garipaldo, duca di Torino, da Grimoaldo, allora valoroso duca di Benevento, invitandolo a venire al più presto e a portargli aiuto contro suo fratello Perctarito, promettendo di dargli in moglie la figlia del re, sua sorella. Ma il messaggero, agendo subdolamente contro il suo signore, esortò Grimoaldo a venire — lui che era maturo di età, saggio e valoroso — per impossessarsi del regno dei Longobardi, che i due giovani fratelli mandavano in rovina. Grimoaldo, sentendo ciò, subito innalzò il suo ardore sino alla conquista del regno. Collocato come duca di Benevento suo figlio Romualdo, si mise in marcia, con una scelta schiera, alla volta di Pavia; e in tutte le città per le quali passava, si associava amici e persone disposte a sostenerlo nella conquista del regno. Mandò Transemundo, conte di Capua, attraverso il ducato di Spoleto e la Toscana per portare dalla sua parte i Longobardi di quella regione. Questi, avendo eseguito validamente il suo incarico, gli andò incontro sulla via Emilia con molti seguaci. Giunto quindi Grimoaldo presso Piacenza con una robusta moltitudine di uomini, mandò avanti verso Pavia Garipaldo, che gli era stato inviato come messaggero da Godeperto, perché avvertisse lo stesso Godeperto del suo arrivo. Quindi, giunto da Godeperto, il duca di Torino gli disse che Grimoaldo stava rapidamente avvicinandosi. Chiedendogli il re in quale luogo dovesse far preparare l'alloggio ospitale, Garipaldo rispose che era giusto che Grimoaldo, venuto per la sua causa e in procinto di prendere in sposa sua sorella, fosse ospitato dentro il palazzo reale. E così fu fatto. Grimoaldo, al suo arrivo, fu sistemato nella reggia. Ma Garipaldo, semiatore di ogni malizia, persuase Godeperto a non andare a colloquio con Grimoaldo senza portare la corazza sotto la veste, asserendo che Grimoaldo lo voleva uccidere. E ancora io stesso artefice d'inganni, tornato da Grimoaldo, gli disse che, se non si preparava da uomo forte, Godeperto l'avrebbe ucciso con la sua spada e gli diede questo avviso come prova: che Godeperto, quando fosse venuto a parlare con lui, avrebbe indossato sotto la veste la corazza. Che più? Il giorno seguente, venuti a colloquio, quando Grimoaldo dopo i saluti abbracciò Godeperto, subito s'accorse che sotto la veste portava la corazza. Senza indugio, sguainata la spada, gli tolse la vita. Impadronitosi del suo regno e di ogni potere, li sottomise alla sua autorità. Godeperto aveva anche un figlioletto di nome Raginperto, che fu portato via e allevato di nascosto dai fedeli del padre. Né Grimoaldo si preoccupò di farne ricerche, dato che era ancora un

bimbetto.

Udito quanto era avvenuto, Perctarito, che regnava a Milano, poiché suo fratello era stato ucciso, più rapidamente che poté si diede alla fuga e giunse presso il Cacano, re degli Avari, abbandonando la moglie Rodolinda e un figlioletto di nome Cunicperto, che Grimoaldo mandò in esilio a Benevento. Compite così queste azioni, Garipaldo, per istigazione e opera del quale tutto era accaduto — e non solo di questo era responsabile, ma anche di frode durante l'ambasceria, non avendo consegnato integralmente i doni che avrebbe dovuto portare a Benevento chi dunque aveva ordito tali opere, non ebbe molto tempo per rallegrarsene. C'era allora a Torino un ometto d'umile condizione che faceva parte della famiglia di Godeperto. Costui, avendo saputo che nel santissimo giorno della Pasqua il duca Garipaldo sarebbe andato a pregare nella chiesa del beato Giovanni Battista, salì sul sacro fonte del battistero aggrappandosi con la mano sinistra a una colon-netta che sosteneva il tetto, dalla parte per la quale Garipaldo stava per passare, e nascondendo sotto il mantello la spada sguainata; quando Garipaldo, passando, gli fu accanto, egli, alzato il mantello, gli calò la spada sulla nuca con quanta forza aveva e quasi gli staccò la testa. Balzatigli addosso quelli che erano venuti con Garipaldo, colpendolo ripetutamente lo finirono. Ma anche se cadde, egli vendicò, in maniera insigne, l'offesa fatta al suo signore Godeperto.

PAST Traduzione

PASX Note

Morte di Ariperto ed elezione di Pertarito e Godeperto: 661 d.C. Intervento di Grimoaldo di Benevento: 662 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

V, 27

PASO Testo originale

Sed et Forum Populi, Romanorum civitatem, cuius cives eidem adversa quaedam intulerant Beneventum proficiscenti missosque illius euntes et redeuntes a Benevento saepius laeserant, hoc modo delevit. Quadragesimorum tempore per Alpem Bardonis Tusciam ingressus, nescientibus omnino Romanis, in ipso sacratissimo sabbato paschali super eandem civitatem, ea hora qua baptismum fiebat, inopinate inruit, tantamque occisorum stragem fecit, ut etiam diacones ipsos, qui infantulos baptizabant, in ipso sacro fonte perimeret. Sicque eandem urbem deiecit, ut usque hodie paucissimi in ea commaneant habitatores.

Anche Forlimpopoli, città dei Romani, i cui cittadini avevano commesso contro di lui atti di ostilità, allorché si dirigeva a Benevento, e avevano spesso fatto del male ai suoi messi che si recavano o tornavano da quella città, fu da lui distrutta in questo modo: al tempo della quaresima, entrato in Toscana attraverso il monte Bardone senza che i Romani se ne accorgessero, il santissimo sabato di Pasqua piombò all'improvviso sulla città nell'ora in cui si amministrava il battesimo, e compì una tale strage, che nel sacro fonte furono massacrati gli stessi diaconi che stavano battezzando i bambini. Inferse a quella città un colpo tale, che ancor oggi in essa rimangono pochissimi abitanti.

PAST Traduzione

PASX Note

Distruzione di Forlimpopoli: ca. 670/671 d.C. Spedizione di re Grimoaldo a Benevento: 663 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

VI, 3

PASO Testo originale

At vero Rodoald, quem aput Foroiuli praemisimus ducatum tenuisse, cum ab eadem civitate abesset, Ansfrid de castro Reunia ducatum eius absque regis nutu pervasit. Quo comperto, Rodoald in Histriam fugiit ac deinde navigio per Ravennam Ticinum ad Cunincpertum regem pervenit. Ansfrid vero non contentus ducatum Foroiulanensium regere, insuper contra Cunincpertum rebellans, regnum eius invadere voluit. Sed comprehensus in Verona, ad regem deductus, evulsis oculis, in exilium trusus est. Foroiulano autem ducatus post haec Ado, frater Rodoaldi, lociservatoris nomine per annum et menses septem gubernavit.

PAST Traduzione

Intanto mentre Rodoaldo, che come abbiamo detto era duca di Cividale, si trovava lontano dalla città, Ansfrid, della cittadella di Reunia [Ragonia], senza alcun consenso da parte del re, gli invase il ducato. Saputolo, Rodoaldo fuggì in Istria e di qui in nave via Ravenna giunse a Pavia dal re Cunicperto. Ansfrid, poi, non bastandogli il governo del Friuli, si ribellò anche al re e volle occupare il suo regno. Ma catturato a Verona e condotto davanti al re, gli furono strappati gli occhi e venne cacciato in esilio. In seguito il ducato del Friuli fu governato per un anno e sette mesi da Adone, fratello di Rodoaldo, coi titolo di «conservatore del luogo».

PASX Note

Ribellione e sconfitta del duca Ansfrid da parte del re longobardo Cuniperto: 698 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

VI, 11

PASO Testo originale

Inter haec Constantinus imperator apud Constantinopolim moritur, et eius minor filius Iustinianus Romanorum regnum suscepit, cuius per decem annos gubernacula tenuit. Hic Africa a Sarracenis abstulit et cum eisdem pacem terra marique fecit. Hic Sergium pontificem, quia in erroris illius synodo, quam Constantinopolim fecerat, favere et subscribere noluit, misso Zacharia protospathario suo, iussit Constantinopolim deportari. Sed militia Ravennae vicinarumque partium iussa principis nefanda contemnens, eundem Zachariam cum contumeliis ab urbe Roma et iniuriis pepulit.

PAST Traduzione

Nel frattempo a Costantinopoli morì l'imperatore Costantino e assunse l'impero dei Romani suo figlio minore Giustiniano, che lo tenne per dieci anni. Egli strappò l'Africa ai Saraceni e fece pace con essi per terra e per mare. Inviò il capo delle sue guardie Zaccaria con l'ordine di deportare a Costantinopoli il pontefice Sergio, perché non aveva voluto appoggiare e sottoscrivere le conclusioni di quel sinodo eretico che l'imperatore aveva convocato a Costantinopoli. Ma l'esercito di Ravenna e dei luoghi vicini, sprezzando gli ordini nefandi del principe, con contumelie e ingiurie cacciò Zaccaria da Roma.

PASX Note

Morte dell'imperatore Costantino IV Pogonato e successione di Giustiniano II [Rinotmeto]: 685 d.C. Spedizione di Zaccaria contro papa Sergio e rivolta delle truppe ravennati: 692 d.C. Concilio Quinisesto di Costantinopoli: 692 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione VI, 34

PASO Testo originale

At vero Filippicus, qui et Bardanis dictus est, postquam in imperiali dignitate confirmatus est, Cyrum, de quo dixeramus, de pontificatu eiecto, ad gubernandum monasterium suum Pontum redire praecepit. Hic Filippicus Constantino papae litteras pravi docmatis direxit, quas ille cum apostolicae sedis concilio respuit; et huius rei causa fecit picturas in porticu sancti Petri, quae gesta sex sanctarum sinodorum universalium retinent. Nam et huiusmodi picturas, cum haberentur in urbe regia, Filippicus iusserat auferri. Statuit populus Romanus, ne heretici imperatoris nomen aut chartas aut figuram solidi susciperent. Unde nec eius effigies in ecclesia introducta est, nec nomen ad missarum sollempnia prolatum. Hic cum annum unum et sex mensibus regnum gessisset, contra eum Anastasius, qui et Artemius dictus est, insurgens, eum regno expulit oculisque privavit, nec tamen occidit. Hic Anastasius litteras Constantino papae Romam per Scolasticum patricium et exarcum Italiae direxit, quibus se fautorem catholicae fidei et sancti sexti concilii

praedicatorem esse declaravit.

Filippico, detto anche Bardane, dopo che fu confermato nella dignità imperiale, destituì dal pontificato quel Ciro di cui s'è detto e ordinò che ritornasse nel Ponto a reggere il suo monastero. Questo Filippico inviò a papa Costantino una lettera di ispirazione eretica, che il papa respinse con un concilio della sede apostolica; per questo il papa fece dipingere nel portico di San Pietro le vicende dei sei santi sinodi universali. Infatti Filippico, avendo nella sua capitale analoghe pitture, le aveva fatte togliere. Stabilì il popolo romano che non si usasse il nome dell'imperatore eretico, né i suoi sigilli, né la sua immagine sulle monete; per cui la sua effigie non fu più introdotta in chiesa, e il suo nome non fu più pronunciato nella solennità della messa. Dopo appena un anno e sei mesi insorse contro di lui Anastasio, chiamato anche Artemio, che lo cacciò dal regno e gli cavò gli occhi, ma non lo uccise. Questo Anastasio indirizzò a papa Costantino a Roma una lettera per mezzo di Scolastico, patrizio ed esarca d'Italia, con cui si dichiarò fautore della fede cattolica e sostenitore del santo sesto concilio.

PAST Traduzione

PASX Note

Regno di Filippico Bardane: 711-713 d.C. Regno di Anastasio II: 713-715 d.C. Esarcato di Scolastico: 713-723 pre d.C. Sesto concilio corrisponde al III concilio di Costantinopoli: 680-681 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

VI, 44

PASO Testo originale

Per haec tempora Faroaldus Spolitanorum ductor Classem civitatem Ravennantium invasit; sed iussu regis Liutprandi hisdem Romanis reddita est. Contra hunc Faroaldum ducem filius suus Transamundus insurrexit, eumque clericum faciens, locum eius invasit. His diebus Teudo Baioariorum dux gentis orationis gratiam Romam ad beatorum apostolorum vestigia venit.

PAST Traduzione

In questi tempi Faroaldo, duca degli Spoletani, occupò la città ravennate di Classe, ma per ordine di re Liutprando la restituì ai Romani. Contro questo duca Faroaldo insorse suo figlio Transemundo che, costretto il padre a farsi chierico, prese il suo posto. In quei giorni Teudo, duca dei Bavari, si recò in pellegrinaggio sulle vestigia dei beati apostoli a Roma

PASX Note

Occupazione di Classe da parte del duca Faroaldo II: 716 d.C. Deposizione di Faroaldo da parte di Trasamondo II: 720 d.C. Pellegrinaggio del duca Teudo a Roma: ca. 720 d.C.

PASL

Localizzazione

VI, 48-49

[48] Liutprand quoque audiens, quod Sarraceni, depopulata Sardinia, etiam loca illa, ubi ossa sancti Augustini episcopi propter vastationem barbarorum olim translata et honorifice fuerant condita, foedarent, misit, et dato magno pretio, accepit et transtulit ea in urbem Ticinensem ibique cum debito tanto patri honore recondidit. His diebus Narnia civitas a Langobardis pervasa est. [49] Eoque tempore rex Liutprandus Ravennam obsedit, Classem invasit atque destruxit. Tunc Paulus patricius ex Ravenna misit qui pontificem interemerent; sed Langobardis pro defensione pontificis repugnantibus, Spoletinis in Salario ponte et ex aliis partibus Langobardis Tuscis resistantibus, consilium Ravennantium dissipatum est. Hac tempestate Leo imperator aput Constantinopolim sanctorum imagines depositas incendit Romanoque pontifici similia facere, si imperialem gratiam habere vellet, mandavit. Sed pontifex hoc facere contempsit. Omnis quoque Ravennae exercitus vel Venetiarum talibus iussis uno animo restiterunt, et nisi eos pontifex prohibuisset, imperatorem super se constituere sunt adgressi. Rex quoque Liutprand castra Emiliae, Feronianum et Montembellium, Buxeta et Persiceta, Bononiam et Pentapolim Auximumque invasit. Pari quoque modo tunc et Sutrium pervasit. Sed post aliquod dies iterum Romanis redditum est. Per idem tempus Leo augustus ad peiora progressus est, ita ut compelleret omnes Constantinopolim habitantes tam vi quam blandimentis, ut deponerent ubicumque haberentur imagines tam Salvatoris quamque eius sanctae genetricis vel omnium sanctorum, easque in medium civitatis incendio concremari fecit. Et quia plerique ex populo tale scelus fieri praepediebant, aliquanti ex eis capite truncati, alii parte corporis multati sunt. Cuius errori Germanus patriarcha non consentiens, a propria sede depulsus est, et eius in loco Anastasius presbiter ordinatus est.

PASO

Testo originale

[48] Liutprando, sentendo che i Saraceni, devastata la Sardegna, infestavano anche quei luoghi ove un tempo, per salvarle dalla profanazione dei barbari, erano state trasportate e onorevolmente sepolte le ossa di Sant'Agostino vescovo, mandò dei messi e, pagando una forte somma, le ottenne, le trasportò a Pavia e le ripose con l'onore dovuto a così grande padre. In questi giorni, la città di Narni fu occupata dai Longobardi. [49] A quel tempo, re Liutprando assediò Ravenna, e occupò e distrusse Classe. Allora il patrizio Paolo mandò da Ravenna alcuni che uccidessero il pontefice; ma i Longobardi insorsero in sua difesa: gli Spoletani facendo resistenza sul ponte Salario, quelli di Toscana in altre parti; il piano dei Ravennati fu così sventato. In questo tempo, a Costantinopoli, l'imperatore Leone fece rimuovere e bruciare le immagini dei santi e mandò a dire al romano pontefice che, se voleva conservare il favore imperiale, facesse la stessa cosa; ma il pontefice rifiutò con sdegno. Tutto l'esercito di Ravenna e delle Venezia si oppose con unanime volere a tale ordine; e se non li avesse trattiene il pontefice, erano intenzionati a darsi essi stessi un altro imperatore. Il re Liutprando occupò allora le città emiliane di Feroniano [Pavullo nel Frignano?], Monteveglio, Busseto, Persiceto, Bologna, la Pentapoli e Osimo. Allo stesso modo conquistò allora anche Sutri. Ma dopo qualche giorno la restituì di nuovo ai Romani. In questo stesso tempo l'imperatore Leone arrivò ad azioni ancora peggiori, così da costringere tutti gli abitanti di Costantinopoli, sia con la forza sia con le lusinghe, a rimuovere dovunque si trovassero le immagini del Salvatore, della santa sua genitrice anzi di tutti i santi, e le fece dare alle fiamme in mezzo alla città. E poiché la maggior parte del popolo era riluttante a compiere un simile delitto, parecchi ne fece decapitare, altri furono mutilati nel corpo. Il patriarca Germano, che non voleva acconsentire a questo errore, fu cacciato dalla sua sede, e in suo luogo fu posto il presbitero Anastasio.

PAST Traduzione

PASX Note

Traslazione delle reliquie di Sant'Agostino a Pavia: 722 d.C. Conquista di Narni: 725/726 d.C. Occupazione di Ravenna e Classe: 726 d.C. Spedizione dell'esarco Paolo (723-726 d.C.) contro papa Gregorio II (715-731 d.C.): 723/724 d.C. Decreti iconoclasti dell'imperatore Leone III Isaurico, rivolta dell'Esarcato e Venezia, ed occupazione dei castra Emiliae da parte di re Liutprando: 727 d.C.

PAS PASSO

PASL Localizzazione

VI, 54-56

PASO Testo originale

[54] Per idem tempus Sarracenorum exercitus rursus in Galliam introiens, multam devastationem fecit. Contra quos Carolus non longe a Narbone bellum committens, eos sicut et prius maxima caede prostravit. Iterato Sarraceni Gallorum fines ingressi, usque ad Provinciam venerunt, et capta Arelate, omnia circumquaque demoliti sunt. Tunc Carolus legatos cum muneribus ad Liutprandum regem mittens, ab eo contra Sarracenos auxilium poposcit; qui nihil moratus cum omni Langobardorum exercitu in eius adiutorium properavit. Quo conperto gens Sarracenorum mox ab illis regionibus aufugit; Liutprandus vero cum omni suo exercitu ad Italiam rediit. Multa idem regnator contra Romanos bella gessit, in quibus semper victor extitit, praeter quod semel in Arimino eo absente eius exercitus caesus est, et alia vice, cum apud vicum Pilleum, rege in Pentapoli demorante, magna multitudo horum qui regi munuscula vel exenia vel singularum ecclesiarum benedictiones deferebant, a Romanis inruentibus caesa vel capta est. Rursus cum Ravennam Hildeprandus, regis nepus, et Peredeo Vicentinus dux optinerent, inruentibus subito Veneticis, Hildeprandus ab eis captus est, Peredeo viriliter pugnans occubuit. Insequenti quoque tempore Romani, elatione solita turgidi, congregati universaliter, habentes in capite Agathonem Perusinorum ducem, venerunt ut Bononiam comprehenderent, ubi tunc Walcari, Peredeo et Rotcari morabantur in castris. Qui super Romanos inruentes, multam de eis stragem fecerunt reliquosque fugam petere conpulerunt. [55] His diebus Transamundus contra regem rebellavit. Super quem rex cum exercitu veniens, ipse Transamundus Romam fuga petiit. In cuius loco Hildericus ordinatus est. Mortuo autem Romualdo iuniore Beneventanorum duce, qui viginti et sex ducatum tenuerat annis, Gisulfus, eius filius adhuc parvolus, remansit. Contra quem aliqui insurgentes, eum moliti sunt extinguere; sed Beneventanorum populus, qui suis ductoribus semper fidelis extitit, eos perimerunt, sui ducis vitam servantes. Qui Gisulfus dum adhuc propter aetatem puerilem idoneus ad tantum populum regendum non esset, Liutprand rex Beneventum tunc veniens, eum exinde abstulit et apud Beneventum suum nepotem Gregorium ducem ordinavit, cui in matrimonio uxor sociata Giselperga nomine fuit. Ita rex Liutprand rebus compositis ad suum solium remeavit; Gisulfumque suum nepotem paterna pietate erudiens, ei Scaunipergam nobili ortam progenie in matrimonium iunxit. Ipse rex eo tempore in langorem decidens, morti adproximavit. Quem Langobardi vita excedere existimantes, eius nepotem Hildeprandum foras muros civitatis ad basilicam sanctae Dei genetricis, quae ad Perticas dicitur, regem levaverunt. Cui dum contum, sicut moris est, traderent, in eius conti summitate cuculus avis volitando veniens insedit. Tunc aliquibus prudentibus hoc portentum visum est significari, eius principatum inutilem fore. Rex autem Liutprand cum hoc cognovisset, non

aequo animo accepit; tamen de infirmitate convalescens, eum regni sui consortem habuit.

Evolutis dehinc aliquod annis, Transamundus, qui Romam fugerat, Spoletium rediens, Hildericum extinxit rursusque contra regem rebellionis audaciam sumpsit. [56] At vero Gregorius dum apud Beneventum annis septem ducatum gessisset, vitam exemptus est. Post cuius obitum Godescalcus dux effectus, annis tribus Beneventanis praefuit; cui in coniugio uxor sociata nomine Anna fuit. Rex igitur Liutprand talia de Spoletio sive Benevento audiens, rursus cum exercitu Spoletium petiit. Qui Pentapolim veniens, dum a Fano civitatem Forum Simphronii pergeret, in silva, quae in medio est, Spoletini se cum Romanis sociantes, magna incommoda regis exercitui intulerunt. Qui rex in novissimo loco Ratchis ducem et eius fratrem Aistulfum cum Foroiulani constituit. Supra quos Spoletini et Romani inruentes, aliquos ex eis vulneraverunt. Sed tamen Ratchis cum suo germano et aliquibus viris fortissimis omne illud pugnae pondus sustinentes viriliterque certantes, multisque trucidatis, se suosque exinde, praeter ut dixi paucis sauciatis, eximerunt. Ibi quidam Spoletinorum fortissimus Berto nomine nominative Ratchis adclamans, armis instructus super eum venit. Quem Ratchis subito percutiens, equo deiecit. Cumque eum eius socii perimere vellent, eum pietate solita fugere permisit. Qui manibus pedibusque reptans, silvam ingressus evasit. Super Aistulfum vero in quodam ponte duo fortissimi Spoletini a tergo venientes, unum eorum aversa cuspide feriens de eodem ponte deiecit, alterum vero, subito ad eum conversus, vita privatum post socium mersit.

PASO Testo originale

PAST Traduzione

[54] Nello stesso tempo, un esercito di Saraceni, entrato di nuovo in Gallia, provocò gravi devastazioni. Carlo attaccò battaglia non lontano da Narbona, come in precedenza, e ne menò grande strage. Di nuovo i Saraceni, entrati nei territori dei Galli, si spinsero fino in Provenza e, presa Arles, distrussero ogni cosa tutto attorno. Allora Carlo, mandando ambasciatori con doni al re Liutprando, gli chiese aiuto contro i Saraceni; il re mosse senza indugio in aiuto di Carlo con tutto l'esercito dei Longobardi. Avendolo saputo, il popolo saraceno fuggì da quelle regioni e Liutprando con tutto il suo esercito ritornò in Italia. In seguito anche i Romani, gonfi della solita superbia, si radunarono tutti insieme con a capo Agatone, duca di Perugia, e vennero per prendere Bologna, dove allora avevano il campo Walcari, Peredeo e Rotcari. Ma questi ultimi, piombando sui Romani, ne fecero una grande strage, e costrinsero i superstiti a fuggire. Questo re [Liutprando] fece molte guerre contro i Romani, e in esse risultò sempre vincitore, tranne una prima volta a Rimini, quando, in sua assenza, il suo esercito fu battuto; e un'altra volta quando, presso il villaggio di Pilleo [Peglio], mentre il re era nella Pentapoli, una grande moltitudine di popolo che portava al re piccole offerte o doni di ospitalità o la benedizione di singole comunità ecclesiali, fu attaccata all'improvviso dai Romani, e sterminata o fatta prigioniera; infine, quando Ildeprando, nipote del re, e Peredeo, duca di Vicenza, occupavano Ravenna, e per un improvviso assalto dei Veneti Ildeprando fu da loro catturato e Peredeo cadde combattendo valorosamente.

[55] In quei giorni Transemundo si ribellò contro il re. Ma, quando il re gli venne addosso con l'esercito, Transemundo si rifugiò a Roma. Al suo posto fu nominato Ilderico. Morto anche Romualdo II, duca di Benevento, che aveva tenuto il ducato per ventisei anni, restò suo figlio Gisulfo, ancora fanciullo. Alcuni insorsero contro di lui e cercarono di ucciderlo; ma il popolo di Benevento, che fu sempre fedele ai suoi governanti, mandò a morte gli insorti, salvando la vita al suo duca. Poiché Gisulfo, per l'età troppo giovane, non era in grado di governare un così grande popolo, re Liutprando venne a Benevento e lo destituì, nominando duca suo nipote Gregorio, al quale fu unita in matrimonio Giselperga. Sistemate in tal modo le cose, re Liutprando ritornò alla sua reggia; allevò con paterna pietà suo nipote Gisulfo e lo unì in matrimonio con Scauniperga, di nobile stirpe. In questo tempo il re cadde ammalato, e fu vicino a morte. I Longobardi, stimandolo ormai prossimo a lasciare questa vita, fuori delle mura della città, nella chiesa della santa madre di Dio chiamata Alle Pertiche, acclamarono re suo nipote Ildeprando. Mentre, com'è costume, gli consegnavano l'asta, sulla punta dell'arma venne a posarsi, volando, un cuculo. Ad alcuni saggi quel portento parve significare che il suo principato sarebbe stato inutile. Il re Liutprando, come ne venne a conoscenza, non la prese bene; tuttavia, quando

cominciò a riprender salute, dopo la malattia, associò il nipote al regno.

Trascorsi ancora alcuni anni, Transemundo, che era fuggito a Roma, tornò a Spoleto, uccise Ilderico e di nuovo riprese l'ardire di ribellarsi al re. [56] Gregorio, dopo aver retto per sette anni il ducato di Benevento, uscì da questa vita. Dopo la sua morte, Godescalco, nominato duca, governò i Beneventani per tre anni. A lui fu unita in matrimonio Anna. Il re Liutprando, quando sentì tali notizie di Spoleto e di Benevento, di nuovo si diresse con l'esercito contro Spoleto. Passati i confini della Pentapoli, dalla città di Fano si dirigeva verso Fossombrone, quando, in una selva che è a metà strada, gli Spoletani, unitisi con i Romani, provocarono gravi difficoltà all'esercito del re. Questi collocò nella retroguardia il duca Ratchis e suo fratello Astolfo con i Friulani. Gli Spoletani e i Romani li attaccarono ferendone alcuni. Tuttavia Ratchis col fratello e alcuni uomini valorosissimi sostennero tutto il peso di quella battaglia, combattendo animosamente, uccisero molti nemici e riuscirono a sottrarsi all'agguato insieme ai loro uomini, tranne pochi che, come ho detto, rimasero feriti. Nello scontro il più valoroso tra quelli di Spoleto, di nome Bertone, chiamò Ratchis per nome e gli si buttò sopra con le armi; Ratchis, con un colpo improvviso, lo fece cadere dal cavallo. I suoi compagni volevano ucciderlo, ma lui, con la consueta pietà, lo lasciò fuggire. E quello, strisciando sulle mani e sui piedi, raggiunse la selva e sparì. Astolfo poi, sopra un ponte, fu aggredito alle spalle da due fortissimi Spoletani: ruotando la lancia, uno lo ferì precipitandolo dal ponte; voltatosi poi di scatto, uccise l'altro e lo gettò in acqua dietro il suo compagno.

Spedizione di re Liutprando contro gli Arabi in Provenza: 737/738 d.C. Spedizione del duca Agatone su Bologna: ca. 734 d.C. Sconfitte dei Longobardi a Rimini e Peglio: ca. 730/735 e ca. 739 d.C. Occupazione longobarda e riconquista bizantina di Ravenna: 734 d.C. Rivolte e sconfitte del duca Trasamondo II di Spoleto: 739 e 742 d.C. Morte di Romualdo II di Benevento e lotte di successione: 731-732 d.C. Morte del duca Gregorio di Benevento e successione di Godescalco: 739 d.C. Battaglia tra Fano e Fossombrone: 742 d.C.

PAST Traduzione

PASX Note

CM COMPILAZIONE

CMP COMPILAZIONE

CMPD Data 2012

CMPN Nome Assorati G.

AN ANNOTAZIONI

